



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De morte heli [et] filiorum eius: et captione arce. cap. vij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**



**Oro filii heli ne**

**P** scientes dñm, partē sacerdotales de sacrificijs anteq̄s adolerēt adlepem tollebant ab offerentijs crudā, vt lautius sibi p̄pararēt eā, z mittebat puer sacerdotis fuscūlā in ollā, z quicquid leuabat fuscūlā erat sacerdos, qd̄ nō erat portio, s; rapina Samuel autē ministrabat accinctus ephor lineo, nō sacerdotalli sed prophētico, z tunicā paruam afferebat ei mater singulis annis, z uisitauit dñs annā: z habuit tres filios z duas filias Heli autē erat senex valde: z auduit peccata filioꝝ qui dormiebant cū mulierib; excubantib; ad ostiū tabernaculi: z eas que uenerant ad purificandū polluebant, Quidā tñ uolunt q nō admiscebātur mulierib; sed corrupti pecunia dabant mulieribus licentiam cōmiscendi uiris suis infra dies purificationū, Unde z p̄i dixit eis, *Trāsgredi facitis populuz domini, z teptide arguebat eos, Uenit autē uir dei ad heli: et ait ad eum, Loquēs locutus sum, vt dom⁹ patris tui ministraret mibi in sempiternuz, Absit hoc a me, sed honorātes me glorificabo, z contēnentes abijciam, Ecce precidam brachium domus patris tui, id est, auferam sacerdotium de domo tua pro quo debebatur ei armus dexter, z ydebis emulum tuū in tēplo, Quod factū est in dieb; salomonis cū sadoch qui fuit de eleazar factus est sacerdos, electo abiatbar: q̄ fuit de isamar Quidam tñ autumant translaturū esse sacerdotiū ad samuelem: q̄ non fuit aaronita, Sed nec legit samuelē fuisse sacerdotē nec aaronitas amotos a sacerdotio: vsq; circa tēpora machabeoz, Qd̄ autē addidit uir dei: magna pars domus tue moriet: forte impletū est in primo quando occubuerunt filij eius in bello, vel quādo saul sacerdotes nobe interfecit, z in signuz future ueritatis predicti ei vna die filios eius morituros, Porro in diebus illis erat sermo domini preciosus, id est, rarus,*

*Q̄ tertio dominus uocauit samuelem,*

*Capitulum, V,*

**Factum ē vna**

**d**ie heli iacebat i lecto suo, z oculi ei⁹ caligauerāt, nec poterat uidere lucernā dei anteq̄s extingueret Qd̄ miz

videtur, Non est em̄ aliquis adeo cecutiēs quin clar⁹ videat lucernā ardentē q̄ extinguitā, p̄sertim cū cecutiētes oculi clar⁹ videat ad lucernā q̄ ad diē, Quidā sic distinguunt Nec poterat uidere lucernā dei anteq̄s extingueret, i. moreret, Samuel autē dormiebat z superabundat autē, Quic sensui uidet cō sentire hebreus: q̄ distinguit ibi, nec poterat uidere: z subūgit, lucerna dñi nondū extinguebat, z sic p̄grue sequit, samuel autē dormiebat i templo dñi, id est in thalamo iuxta tabernaculū ubi solus cū heli sacerdote dormiebat, Unde cū uocasset eū dñs: cucurrit ad heli dices, *Uocasti me, Falsum dixit, s; nō est mentitus: z ait heli, Nō uocauit te Re uertere z dormi, z factū est secūdo similit̄, Nondū em̄ samuel sciebat dñm, id ē, nodūz habebat p̄suetudinē audiedī dñm, Lūq; uocasset eū dñs tertio, itez abijt ad heli, Intellexitq; heli q̄ uocasset eū dñs: z ait, Si des incepto uocauerit te dices, Loq̄re dñe qz audis seru⁹ tuus Cūq; uocasset eū dñs dormientem ait, Loq̄re dñe, z indicauit ei eandem cōmīnationē in domū heli quā p̄i fecerat per uirum dei, Non tñ putandū est irritam factā esse p̄missioneꝝ quā fecerat dñs aaron de sacerdotio sempiterno, P̄missioneꝝ em̄ huiusmodi: semper addēda ē cōditio quantum posita Si custodierint filij tui testamentum meū zc, Videtur iosephus uelle dñm ideo tertio uocasse samuelem vt p̄figuraret tres ipsius dignitates futuras, Fuit em̄ propheta q̄ ab hac uocatiōe dicit eum habuisse, fuit quoq; iudex, obtulit etiam quasi sacerdos, eo q̄ paruulus esset scaboth nepos heli, Hanc adiurauit heli samuelez: vt indicaret ei vniuersum sermonem domini: et indicauit ei omnia, Et ait heli, Dñs est, qd̄ bonum est in oculis suis faciat, Creuit autē samuel, z cognouit vniuersus israel q̄ fidelis propheta samuel esset dño, z p̄sultit eū ois populus iuxta uerbuꝝ domini, Preceperat enim dñs vt abijcerent diuinos z arolos huiusmodi, z sciscitarent a fratrib; suis uerbum domini,*

*De morte heli z filioꝝ eius, z captione arce,*

*Capitulum, VI,*

**Factum est cō**

**e** uenerūt philistim in pugna i assech, q̄ dicit locus tesrabel, perti-



## Regū Primi

nens ad israel. quā vocat iosephus ciuitatē  
amphelbenitis. Israel q̄ egressus est in p̄  
lium iuxta lapidē adiutorij qd̄ p̄ proleptim  
dictū est. id est. per anticipationē. postea pa  
tebit. et victus est israel. et ceciderit de eo qua  
si quattuor milia viroz: et dixerūt sentores.  
Afferamus de silo arcam dñi sedētis super  
cherubin. Qd̄ idō dictū est sicut i psalmo.  
Qui sedet sup cherubin. quia gloria dñi ibi  
quāq̄ apparebat. Et tulerūt arcam: et iuerunt  
cum ea duo filij heli Nam et phinees tā fun  
gebatur officio patris sui. et acceperāt man  
datū ab heli. ne forte redirent ad euz sine ar  
ca. et timuerunt philistim: et acris pugna  
uerūt. Fugitq̄ israel. et cesa sunt ex eo. xxx. mi  
lia pedum. et arca domini capta est: et duo  
filij heli mortui sunt. Cucurrit autē puer ben  
famita ex acie. et indicauit in silo quod factū  
fuerat. Heli autem sedebat contra vīā que  
ducebat ad castra. spectās. id est. auscultās.  
Jam enim cecus erat vt tradunt hebrei. id ē  
nō cecutis. Qui audita strage poplī et mor  
te filiorum quietū. Cum autem audisset ar  
cam captam cecidit retrorsum: et fractis cer  
uicibus expirauit. Hirus autem eius vxor  
phinees pregnans erat: et pre dolore incur  
uauit se et peperit filium. vij. mensium: vt di  
cit iosephus. et vocauit eum icaboth. id ē. in  
glorū dicens. Trāslata est gloria domini d̄  
isrl. Porro heli iudicauit israel. xl. ānis. Cui  
concordat iosephus. lxx. vero et paralipo  
menon dicit. xx. Potest dici q̄ post samso  
nem. xx. anni fluxerunt sine iudice. q̄ aggre  
gati sunt annis quibus iudicauit heli. Qui  
dam tamē dicunt. xx. annos quibz iudicauit  
samuel aggregandos annis heli m̄grī sui.  
Sed verius anni samuelis cum annis sau  
lis ascribunt. Sane potuit fieri vt heli fa  
ctus iudex trāstulerit sacerdotium de domo  
eleazar. Eleazar q̄dem succedit phinees. Cui  
succellit abizer. cui succellit buzi. cui succel  
lit ozi. et trāslatū est sacerdotiū.

### Incidentia.

In diebz heli fuit tertius rex latinoꝝ silul  
us postbum<sup>9</sup> fili<sup>9</sup> enee et laurinte. a q̄ deiceps  
latini reges silij denotiati sunt. Hūc ascant  
us heredē reliq̄t. ad huc puulo filio suo iu  
lio. a quo iulioꝝ familia et originē traxit et no  
men. Hecoz<sup>9</sup> filij illū receperūt. expulsis po  
steris nestozis.

De remissione arce. Caplm. VII.

## Querunt autez

philistei arcā dñi in azotū et sta  
tuerūt eam iuxta dagon. q. tro  
pheū et surgētes diluculo iuenerūt dagon. p̄  
stratū in terra añ arcā. et q̄si adorantes: vt d̄t  
iosephus. et restituerūt eū in locū suū. Rur  
sus mane sequēte inuenerūt eū p̄stratum. ca  
put p̄o et man<sup>9</sup> eius absisse a trunco iacebāt  
sup limē. Ob hoc nullus ingrediēs templuz  
in azoto calcet super limen vsq̄ in hodiernū  
diem. et aggrauata est manus domini super  
azotos. et percussit eos in secretiori parte na  
tium. et cōputrescebant prominentes extales  
eorum. Quod iosephus dicit factum ex cru  
deli passiōe disenterie. ita vt putrefacta ege  
rerent intestina. et mures ebullientes d̄ agris  
corrodebāt extales eorum. et satrapis cōuo  
catis dixerūt ad eos. Quid faciem<sup>9</sup> de arca.  
Qui dixerūt. Circūducatur. Quocunq̄ au  
tez circūducebatur percutiebat oñ. es in po  
sterioribus. et fecerunt sibi sedes pelliceas. et  
conuenientes p̄ncipes quinq̄ vrbium: tra  
ctabant quid facturi essent. et erāt qui dicerēt  
causam passionum factam per arcam. alij p̄  
casum. alij per corruptionē aeris et fructuum  
terre. Dixerūt autē sacerdotes et diuini Cur  
aggrauatis cor vestrum sicut pharao et egypto  
prus. Remittite arcam sed nō vacuam. Res  
ponite in capsella iuxta arcam quinq̄ anos  
aureos. et quinq̄ mures aureos. p̄ numero  
ciuitatū que percusse sunt. Iosephus tamē  
dicit. v. simulacra hominū aurea. et ponetis  
arcam super plaustrum nouum. et coniunge  
tis duas vacas feras. quibz non est impost  
tum iugum. et vitulos earum recludetis do  
mi. et si recto itinere ascendant contra bethsa  
mes ipa fecit nobis hoc malū. alioquin cas  
su factum est. Ibant autē vacce mugietes in  
directum. nec declinātes ad dextram nec ad  
sinistrā p̄ vīā que ducit bethsames. et hec est  
vna sacerdotalium ciuitatum in tribu benta  
min. Est altera bethsames in tribu nepht  
lim. Porro bethsamite metebant tritidum  
et venit plaustrum in agrū iosue bethsamite  
et stetit ibi. Et posuerūt arcā sup lapidē gran  
dem quem putant hebrei fuisse aram edifica  
tam ab abraham. et capsellam que erat iuxta  
eā. et ceciderūt leuīte ligna plaustrī et vacas  
posuerūt sup ea i holocaustū dño. Viri autē  
bethsamite obtulerūt holocausta et victimas i